



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

SS. XL. MM. Sebasteni. 9. Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

SS. XL. MM. SEBASTENI. 9. Martij.

AMbulaverat per omnes cruciatus impietas,
& exausta tellus nulla jam reliqua tormen-
ta habuit; cū ecce ad aquas, & aërem est itum.
Nudi sub frigidissimo cælo XL. Heroes Sebasteni
in lacu collocantur gelu rigente. Sed thermas pu-
tasses, ita nunquam aliàs major in omnibus ardor
eluxit; si unū modò excipias, qui ex Martyre trans-
fuga factus, ad balnea, quæ crudelis impietas, ut
virtuti insidias faceret, ponè littus statuerat, sese
recepit. Sed invenit ibi continuò mortem, qui vi-
tam quæsierat, victurus, si mortem non fugisset.
Interea cælo coronæ XL. delabuntur, & singulorū
martyrum capita ambiunt, dumq; unam de custo-
diis aliquis vacare spectat, nō negligenda regna,
quæ cælo venirent, existimans, simul Christianum
se clamat, simul in aquas insiliens numerū felicissi-
mum restaurat. Hunc generosum unius sal, un-
omnes tibijs fractis luere: quasi verò in cælum pe-
dum passibus, & non animi iretur. Inde, ut nullum
non elementū triumpharent, ad rogam rapiuntur.
Sed dum Melithon negligitur natu minimus, ecce
tibi mater adest Spartana, sublatumq; in humeros
ad cumulum reliquorum asportat, eo animo, ut
supereffet, unde animos morienti filio adderet.
Exuisse hanc alij matrem dicent; ego melius me-
ruisse de filio puto, cū sic ad rogū humeris, quàm
cū olim utero ad vitam ferret. *Ex S. Bas. hom. 20.*

*Vani inspectores sumus, & laudatores improbi,
cū Sancti coronantur & accipiunt palmas, eò quod
in agone legitime certaverint, si non & ipsi pro mo-
dulo nostro ad ea pertingere laboramus. S. Hildeph.
ser. de assumpt. beatæ Mariæ Virg.*